

## Concilio di Elvira (da documentacatholicaomnia; i numeri si riferiscono a note paleografiche che non ho accluso):

«Cum convenissent<sup>105</sup> sancti et religiosi<sup>106</sup> episcopi in ecclesia Elibertina<sup>107</sup>, hoc est, Felix episcopus Aequitanus<sup>108</sup>, Consciis<sup>109</sup> episcopus Cordobensis, Savinus<sup>110</sup> episcopus Spalensis<sup>111</sup>, Camerinus<sup>112</sup> episcopus Tacitanus<sup>113</sup>, Sinagius episcopus Pegrensis<sup>114</sup>, <O93, f. 64vb> Secundus<sup>115</sup> episcopus Catalensis<sup>116</sup>, Pardus episcopus Memtessanus<sup>117</sup>, Flavianus episcopus Eliberritanus, Catonius<sup>118</sup> episcopus Corsitanus, Liberius episcopus Meritensis<sup>119</sup>, Valerius episcopus Caesaragustanus<sup>120</sup>, Decentius episcopus Legionensis, Melantius episcopus Toletanus, Ianuarius<sup>121</sup> episcopus de Fiblaria, Vincentius episcopus Ossonobensis, Quintianus episcopus Elborensis, Successus episcopus de Elicroca<sup>122</sup>, Euticianus episcopus Bastitanus, Patricius episcopus Malacitanus, residentibus etiam triginta<sup>123</sup> sex presbyteris<sup>124</sup> adstantibus diaconibus et omni plebe episcopi<sup>125</sup> universi dixerunt:

DE<sup>126</sup> HIS, QUI POST BAPTISMUM IDOLIS<sup>127</sup> IMMOLAVERINT

I. Placuit, ut<sup>128</sup>, quicumque post fidem baptismi salutaris adulta aetate ad templum idoli idolatriis<sup>129</sup> accesserit <V630, f. 124rb> et fecerit, quod est crimen principale<sup>130</sup>, nec in finem eum ad<sup>131</sup> communionem suscipere<sup>132</sup>.

DE<sup>133</sup> SACERDOTIBUS<sup>134</sup> GENTILIUM, QUI POST BAPTISMUM IMMOLAVERINT

II <W411, f. 88v> Flamines, qui post fidem lavacri et regenerationis sacrificaverint, eo quod geminaverint scelera<sup>135</sup> accedente homicidio vel triplicaverint facinus cohaerente<sup>136</sup> moechia<sup>137</sup>, placuit eos nec in finem accipere communionem.

DE<sup>138</sup> HISDEM<sup>139</sup>, SI IDOLIS MUNUS TANTUM DEDERINT

<W411, f. 88v> III Item flamines, qui non immolaverunt<sup>140</sup>, sed munus tantum dederunt<sup>141</sup>, eo quod se a funestis abstinerunt<sup>142</sup> sacrificiis, placuit in finem eis praestare communionem, acta<sup>143</sup> tamen legitima poenitentia. Item ipsi<sup>144</sup>, si post poenitentiam fuerint moechati<sup>145</sup>, placuit ulterius eis non esse dandam communionem, ne lusisse<sup>146</sup> de<sup>147</sup> dominica communione videatur<sup>148</sup>.

DE<sup>149</sup> EISDEM, SI CATICUMINI<sup>150</sup> ADHUC IMMOLANT, QUANDO BAPTIZENTUR<sup>151</sup>

III <V1341, f. 56va> Item flamines, si fuerint caticumini et se<sup>152</sup> a sacrificiis abstinerint, post triennii tempora<sup>153</sup> placuit ad baptismum admitti<sup>154</sup> debere.”

## Sito su cui trovare il Codex Theodosianus (e parecchio altro)

<https://droitromain.univ-grenoble-alpes.fr/> ; per il Codice civile di Giustiniano, il cui primo libro comprende disposizioni sulla Chiesa cfr. <http://www.uwyo.edu/lawlib/blume-justinian/ajc-edition-2/books/book1/index.html>

o anche, nell'utilissimo Intratext: <http://www.intratext.com/IXT/LAT0867/>

... e questi i capitoli del libro XVI del Teodosiano:

### [CTh.16.1.0. De fide catholica.](#)

- [CTh.16.2.0. De episcopis, ecclesiis et clericis.](#)
- [CTh.16.3.0. De monachis.](#)
- [CTh.16.4.0. De his, qui super religione contendunt.](#)
- [CTh.16.5.0. De haereticis.](#)
- [CTh.16.6.0. Ne sanctum baptismum iteretur.](#)
- [CTh.16.7.0. De apostatis.](#)
- [CTh.16.8.0. De iudaeis, caelicolis et samaritanis.](#)
- [CTh.16.9.0. Ne christianum mancipium iudaeus habeat.](#)
- [CTh.16.10.0. De paganis, sacrificiis et templis.](#)
- [CTh.16.11.0. De religione.](#)

